FINIT EXPLANATIONUM IN
OSEE LIBER TERTIUS: INCI
PIT IN AMOS. LIBER PRIMUS;

Amos proph&a qui sequitur iohelem & est
tertius. XII proph&arum non est ipse
quem patrem isaiae proph&ae legi
mus. Ille enim scribitur per primam
& ultimam nominis sui litteram aleph
& sade interp̄tatur fortis atque robustus.
hic uero pain & samech & interp̄tatur
populus abulsus. Mediae litterae. mem
& uau. Utique communes sunt. Apud nos
autem qui tantum uocalium litterarum.
Si littera quae apud haebreos triplex est.
differentiā non habemus. Et haec talia
nomina uidentur ēē communia quae
apud haebreos elementorum diuersitate.
Et suis proprie tatibus distinguntur.
hic ergo proph&a quem nunc habemus
in manib; fuit de opido thecuae quod sex
milibus ad meridianam plagam abest
ad scām b&hleem quae mundi genuit
saluatorē & ultra nullus est uiculus.
Ne agrestris quidem casae & furnorum
similes quas africa adpellant mapalia.
Tanta est heremi uastitas quae usque ad
mare rubrum. persarum & &hiopum atq;
indorum terminos dilatatur. Et quia
humi arido atq; harenoso nihil omnino fru
gum gignitur cuncta sunt plena pastorib;
ut sterelitate terrae compensent pecorū
multitudine. Ex hoc numero pastorum
& amos proph&a fuit. Imperitus sermo
ne. sed non scientia. Idem enim qui per
omnes proph&as. in eo sc̄s sp̄s loquebatur.
Unde nos ex hebraeo uertimus;
Uerba amos qui fuit in pastoralibus thecuae
que uidit sup̄ isrl̄. LXX autem. nescio quid
uolentes interpra&ati sunt. Sermones
amos qui facti sunt in acharim de thecuae.
Quos uidit pro hierusalem. Sciendum q;
hunc proph&am non pro hierusalem quod
in hebraeo paenitus non hab&ur. Sed su
per isrl̄. Id est decem tribubus quae ap
pellantur isrl̄. Et erant in samaria pro
ph&asse. Quod quidem & aquila ac sym
machus & theodotio similiter transtu
lerunt. Primus ergo osee proph&a ad
decem tribus quae appellantur ephra
im samaria domus ioseph & isrl̄ loqui
tur. Secundus iohel ad hierusalem &
duas tribus quae uocantur iuda & hie
rusalem & iacob profert uaticinium
Nullam omnino israhelis faciens men
tionem Tertius amos nequaquam ad
hierusalem. Quae regnabatur a trib;
iuda. Sed ad isrl̄ & in samaria praedi
cat. Quod de toto uolumine eius pro
bari potest. Et maxime ex eo quod
scriptum mist a messias sacerdos b&hel
ad hieroboam regem isrl̄ dicens. Re
bellauit contra te amos in medio domus isrl̄.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0131